PETRUS LOMBARDUS. BANDINUS. INNOCENTIUS III. PAPA
Österreich, 12. Jh. Seite 67r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ficationis. et sic quod est temporale. cum est
eius quod est eternum. non est verso; quod non potest
esse.

In quo habemus redemptionem. et re
missionem peccatorum. Si idem est.
videtur quod alterum superfluum sit. po
situm. Solutio. Redemptionem pre
cium illud per quod redempti sumus vo
cat. per quod datur facultas nobis rede
undi. remissio vero peccatorum que
nobis confertur in baptismo. effectus est
ipsius redemptionis.

Instaurare omnia que in celis sunt.

Cum xpc pangelis non sit mortuus.
quare quomodo ea que in celis sunt. per xpm
sint instaurata. Solutio. Ideo
hoc dicitur. quia qui per gratiam sal
vantur. supplent numerum ange
lorum diminutum. Vel propterea que
in celis sunt intelligit animas que
iam sunt in celo. per ea que in terris sunt
sanctos adhuc in hac vita degentes.

Signati estis spiritu sancto. qui est pignus
hereditatis nostre. Nonne pignus est
illud quod ad tempus pro aliquo precio datur.
et iterum cum precium soluitur. illud au
fertur. Numquid ergo spiritus sanctus a nobis aufertur
cum ipsa hereditas nobis dabitur.

Solutio. Pignus hic ponitur pro arra que
de ipso precio nec aufertur cum precium
soluitur. Unde quidam codices habent
arram non pignus.

Constituens ad dexteram suam. Dominus
pater spiritus est. nec corporis forma
finitur. vel concluditur. Quomodo ergo
dicitur filius sedere ad dexteram patris. cum non
habeat latus dextrum vel sinistrum. qui
non habet corpus. Solutio. Per dexteram
dei in sacra scriptura quandoque signifi
catur eterna beatitudo. quandoque equa
litas divine nature. quandoque iudicia
ria potestas. Est enim xpc ad dex
teram patris. quia in patris maiestate
manet equalitas. et quia pater non iudi
cat quemquam. sed omne iudicium dedit fi
lio. Per dexteram ergo dei. vel per manum
vel per brachium. vel digitum vel oculum.
vel aurem. et similia. nichil corporale
debet intelligi. sed totum spiritualiter.

Super omne quod nominatur non solum in hoc
seculo. sed et in futuro. Nouem sunt ordines
angelorum. angeli. archangeli.
virtutes. potestates. principatus.
dominationes. throni. cherubim.
et seraphim. et non sunt plures his
qui in presenti omnes numerantur. Quo
modo ergo dicitur constitutum super omne quod
nominatur. non solum in hoc seculo. sed et in
futuro. quasi aliqui sint in futuro
nominandi. qui in presenti non nominantur.

Solutio. Quorundam angelorum deno
minationes date sunt eis per officia.
que nobis exhibent in presenti. ut
angeli. archangeli. virtutes.
potestates. principatus. dominationes.
ideo dicuntur nominari in presenti
quia hoc modo eorum denominatio
spectat ad presens. Unde in futuro
euacuabuntur. quando xpc tradet
regnum deo et patri. quando deus erit